



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/315537>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

4

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER

MATH. MAG., PHIL. NAT., MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIerno HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES THIEBOUT,

ZUOLLANUS.

A. D. III M. Maji, anni MDCCCLIII, hora II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD W. G. J. BOLLAAN.

MDCCCLIII.

T H E S E S.



I.

Fera, quae in laqueum incidit, a te positum, non est tua.

II.

Locator non habet jus pignoris in frivola secundi conductoris,
neque habet pignus pignoris.

III.

Ex l. 6 D. *de usuris* minime patet, usuras praescriptione acquiri.

IV.

Non opus est, in continuata per art. 539 Cod. Civ. cum absente communione, ut conjux satisfactionem praestet.

V.

Art. 695 Cod. Civ. etiam vim habet, si inter duo praedia adest via publica.

VI.

Dominus ab usufructuario ad graviores refectiones compelli potest.

VII.

Donationes simulatae, sub titulo oneroso, a donatario in hereditatem donatoris non conferendae mihi videntur.

VIII.

Creditor pignoratitius ne contra debitorem quidem jus pignoris

probare potest sine scriptura, si debitum summam 100 fl. excedit.

IX.

Contractus, sub conditione, quae intelligi non potest, nullus est.

X.

Usurae conventionales excedere possunt legales.

XI.

Verbum „*alle*” in art. 24 C. M. non extendendum ad debita et obligationes ante violationem prohibitionis, quae lege continetur.

XII.

Art. 65 alin. 2 etiam extendendum ad commenditarium.

XIII.

Non facio cum commentt. Amstel. ad art. 765 C. M. perhibentibus, ipso jure singulos socios decoctores esse habendos, simulatque societas mercatoria in ea conditione versatur.

XIV.

Praesumptio in art. 539 C. M. non est praesumptio juris et de jure.

XV.

Art. 115 al. 2 legis Fund. non ita interpretanda est, ut iudex legem etiam, quae pugnet cum lege Fund. applicare teneatur.

XVI.

Adest pugna inter legem 4 Mart. a. 1815, et sancitam lege Fund. sacrorum aequalitatem.

XVII.

Assentior cons. VAN DEINSE (*de algemeene beginselen van Strafrecht*, pag. 275), statuenti: delictum calumniae non perfectum esse scripto, sed demum edito famoso libello.

XVIII.

Ut infanticidium adsit, non requiritur, ut infans natus sit vitalis (*viable*).

XIX.

Conatus bigamiae nondum adest in solemnibus instantis matrimonii publicatione.

XX.

Minus recte celeberr. ROSSI (*Traité de droit pénal*, pag. 293) :
L'escalade, l'effraction, la soustraction frauduleuse du bien d'autrui, sont des actes, qui se précipitent en quelque sorte les uns sur les autres, pour ne former qu'un seul tout.

XXI.

Qui parcus pecuniam suam fenori dat, societati magis prodest, quam prodigus, qui redditus suos dilapidat.

XXII.

Systema, quod dicitur protectionis (*beschermend stelsel*) improbandum est.

UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARY

1200 EAST 58TH STREET

CHICAGO, ILLINOIS 60637

TEL: 773-936-3000

FAX: 773-936-3000

WWW.CHICAGO.LIBRARY.EDU

LIBRARY SERVICES

24 HOURS A DAY

7 DAYS A WEEK

EXCEPT HOLIDAYS

AND SUNDAYS

AND HOLIDAYS

AND SUNDAYS

AND HOLIDAYS

AND SUNDAYS

AND HOLIDAYS